

Christian Ohm Johannes Schmalhausen von

**Disputatio V. Lib. III. Instit. Imperial. De Fideiussoribus, Et Literarum  
Obligationibus.**

Rostochii: Literis Reusnerianis, 1608


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788245511>

Druck Freier  Zugang





K. n - 2 (171.)





DISPUTATIO V. LIB. III.  
Instit. Imperial.

DE  
**FIDEJUSSO-**  
**RIBUS, ET LI-**  
**TERARUM OBLIGA-**  
**TIONIBUS.**

Quam

D. T. O. M. A.

Præside

CHRISTIANO D. H. Rosto-  
chienfi in celeberrima Rosarum  
Academia excutiendam

proponit

JOHANNES von Schmalhausen  
Vestphal.

loco horisq; solitis 8.

Iduum Sextilis.

ROSTOCHII

Literis Reusnerianis, Anno 1608.

35



Clarissimo, Dignitate, Virtute, multoq; rerum  
usu præstantissimo viro,

Dn. IOHANNI von Smalhausen  
In arce Montana Diacæcos Mindensis præ-  
fecto dignissimo, parenti suo æter-  
num honorando

NEC NON

Reverendo, Virtutis eruditionisq; laude, excellen-  
tissimo viro,

Dn. IOHANNI BEHRING Ecclesiæ  
Collegiatæ Mind. ad D. Mart. Canonico  
cognato & fautori plurimum  
colendo

In obsequijs & Reverentia testimonium hanc  
disputationem dicat, & consecrat

Ioh. von Schmalhausen  
Respondens.



DISPUTATIO  
DE FIDEJUSSORIBUS  
ET LITERARUM OBLIGA-  
TIONIBUS.

*Thesis I.*



Erbis obligatio contrahitur ex interrogacione & responsu: cum quid dari fierive nobis stipulamur. Sed aut proprio nomine quisq; obligatur aut alieno, qui autem alieno nomine obligatur fidejussor vocatur. Et plerumq; ab eo quem proprio nomine obligamus alios accipimus, qui eadem obligatione tenentur, dum curamus, ut quod in obligationem deducitur, tutius nobis debeatur (a) Hinc fidejussor, à fide dictus, cum fide ac periculo suo alienam obligationem esse jubeat, est qui pro debitore, suo nomine stipulanti, promittit, principali debitore nihilominus manente obligato (b) Fidejubere omnes rectè possunt, qui & stipulari (c) nisi jure specialiter prohibeantur, ut servi extra causam peculiarem inscio domino fidejubentes (d) milites (e) fœminæ (f) Quidam quamvis specialiter non prohibeantur, propter certas tamen conditiones ad fidejussionem non satis idonei censentur, ut minores (g) forenses (h) clerici (i) Hi tamen recepti à creditore volente ab obligationis vinculo immunes

A 2

non

non sunt (k) Plane in omni obligatione tam natu-  
rali tantum, quam civili (l) tam principali quam  
accessoria (m) tam contracta quam contrahenda  
(o) fidejussor ad sumi potest.

(a) l. i. §. verbis 7. & §. seq. de O. & A. princ. Inst. b. t. (b) arg.  
d. prin. Inst. b. t. l. grace. 8. ff. b. t. l. blanditus. C. eod. Cujac. in parat.  
ff. hic Donell. ad rubr. C. b. t. n. 4. Duar. ad b. tit. c. t. Franc. in tract.  
de Fidejuss. c. i. n. 4. cum seqq. Vuls. i. I. P. R. c. 39. Ant. Hering. b.  
tract. c. 3. n. 8. Differt a mandatore inter cetera, quod mandatum solo con-  
sensu contrahatur l. i. l. 2. l. 32 ff mand. A Sponsore, quod sponsio sit la-  
tioris significationis Gœdd. ad l. 7. n. 15. de V. S. Ab expromissore, quod  
hic pro eo promittat qui efficaciter obligatus non est l. hoc jure ff. de donat.  
plura Mynsing. hic in rubr. n. 6. A constitutore quod nudo pacto vel per  
epistolam quis pro alio se solutum constituere possit l. 16. §. i. de constit.  
pecun. Donel. ad rubr. C. b. t. (c) Duar. in com. b. t. c. 4. Azo. in  
summ. C. b. t. (d) l. servus. 19. cum l. seq. ff. b. t. l. licet. 3. §. si filius-  
fam. 5. ff. de pecul. (e) l. de die. 8. §. i ff. qui satud. cog. Hering. cap.  
7. n. 160. l. milites 31. C. locat. ubi ratio hujus rei additur, quam etiam  
ad nostri temporis milites extendendam putamus. Vid. recessum Imperij  
anno 1576. de ordinat. milit. in princ. artic. 18. & art. 6. in fin. sub ru-  
bric. von bestellung des Feldes vnd Reuter rechten & art. i. sub ru-  
bric. artic. auff die Deutschen Knechte (f) auctoritare SCit Vellei. (g) l. ait  
prator. 7. §. non solum. ff. de minorib. l. 3. C. de restit. in integr. l. i. C.  
de filiosam. min. l. Si Titius. 48. §. i. ff. b. t. h) qui ex loco & domici-  
lio creditoris non est l. i. ibiq. Dd. ff. si quis in ius voc. non jer. (i) c. i.  
& 2. extra de fidejuss. & vulgo Canonist. Gœdd. de contr. Stipulat. c. 7.  
n. 307. Hering. c. 7. n. 239. (k) arg. l. 3. §. 3. ff. ut in possess. leg. l.  
fraudis. 79. de R. I. l. 5. ff. si cert. pet. (l) §. i. Inst. b. t. l. quod enim.  
7. l. fidejussor. 16. §. 3. ff. b. t. (m) d. §. i. Inst. l. i. ff. b. t. Distin-  
guendum tamen hic secundum Mynsing. in d. §. i. n. 7. Vtrum civilis obli-  
gatio actionem producat, ut tam recte fidejussor detur: An vero actionem  
non pariat, ut nec tunc fidejussio teneat (n) l. grace. 8. §. fin. ff. b. t.  
(o) l. potest. 4. in princ. l. Stipulatus. §. fin. ff. b. t. Vasq. illustr. conit.  
c. 40. n. 8.

NON

Hinc

## Hinc queritur.

### I.

An homo Christianus pro alio fidejubere salva conscientia possit? *Affir.*

Genes. 42. vers. 37. & c: 43. vers. 9. Luc. cap. 10. vers. 2. Macab. c. 12. Paul. in Epist. ad Philemon. c. un. vers. 18. tot. tit. ff. C. & Institut. de fidejuss. tot. tit. extr. eod. Carol. Molin. tract. de usur. q. 32. n. 254. Ant. Hering. h. tr. c. 1. n. 1. & multis seqq. Valent. Franc. de fidejuss. in prolegom. n. 11. Diss. Conrad. Pellican. in cap. 6. princ. proverb. Salem.

### II.

Utrum mulier beneficio SCti. Vellejani renunciare possit? *Aff.*

l. fin. 5. pen. ff. ad SC. Vellej. l. si mulier 22. C. eod. auth. matri. & avia. junct. l. ult. C. quand. mul. tut. offic. Zas. sing. respons. lib. 2. c. 18. Cujac. 20. obs. 34. Quidam Interpp. hoc de judiciali renunciatione accipiunt, sed nihil impedit quo minus etiam de renunciatione extra judiciali accipi de jure possit Gothofr. in d. l. fin. ff. ad SC. Vellej. Hering. hoc tract. c. 7. n. 468. ut a. renunciatio valeat in primis requiritur, ut mulier ejus sit etatis, ut rem intelligat, ac in specie de beneficio SCti Vellejani certioretur, quale nimurum sit, & qua prærogativa suffulcum Gail. 2. obser. 77. n. 2. & 3. Gedd. de contrah. stipul. c. 7. conclus. 16. Diss. Donell. 12. comm. ult. Bronch. 1. aff. 80.

### III.

Promissioni dotis à muliere factæ, quin fidejus-  
sor accedere possit constat (a) sed an pro conser-  
vanda & restituenda dote à marito volente fidejus-  
sores dati, conveniri possint, dubitatur? *Neg. (b)*

(a) l. 55. de jur. dot. l. 60. 5. 1. ff. manat. Geil. obs. 84. n. 10.  
(b) tot. tit. C. ne fidejuss. dot. dent. Eadem enim absurditas, turpitudo,  
qua in l. 1. & 2. C. d. t. recensetur, idem fidei & amoris conjugalis contem-  
nus circa illa, qua proprie ad causam matrimonij pertinent, certat. Bartol.  
Cujac. ad d. tit. Gedd. de contrah. stipul. c. 6. n. 366. & seqq. Fach. 3.  
contr. 76. Hering. c. 6. n. 161. & seqq. Diss. Duar. de jur. dot. cap. 4.  
Connan. 8. comm. 9. n. 8.

IV.

In criminalibus an fidejussor intervenire possit? *Dist.*

Delictum aut meretur pœnam pecuniariam & fidejussor intervenire potest l. 3. ff. qui satisd. cogunt. l. 8. §. sed eis l. 56. §. fin. ff. b. t. Marfil. in rubr. de fidejuss. n. 247. Gomez. 3. resolut. 9. n. 8. Covar. 2. resolut. 8. n. 8. Menoch. 2. arb. jud. quest. cent. 4. cas. 303. n. 3. Gædd. dict. tract. c. 6. n. 404. Hering. c. 10. n. 380. & seqq. Etiam si reus delictum confessus esset, facit, quod per datum fidejussorem securior fit fiscus de solvione pœnae ipsius pecuniaria & maleficij coercitio facilius executionem habere possit l. si à reo. 70. §. fin. ff. b. t. Menoch. d. loc. n. 5. & 6. Gædd. d. loc. n. 408. Aut meretur pœnam capitalem, & sub fidejussoria cautio ne adhuc reum relaxari arbitrio judicis posse puto l. 1. & 2. ff. de custod. reor. Menoch. d. loc. n. 22. Wesenb. in parat. b. t. n. 4. Coler. de process. exec. p. 2. c. 3. n. 88.

V.

An pro principali debitore fidejubendo, ad carceres se quis adstringere possit? *Aff.*

arg. l. Titius Serrum 9. ff. de serv. export. l. si quis sub hoc pacto. ff. de contr. emt. l. 3. §. 5. de lib. hom. exh. arg. c. ex rescripto. ext. de jure jurand. Quod n. per legem potest fieri, idem fieri potest per prætum l. non impossibile ff. de pactis. Sed per legem capi quem & incarcernari posse apparet ex l. 3. §. tutores ubi Gloss. de susp. tutor. latè Coler. de process. exec. p. 1. c. 6. n. 52. & seqq. Myns. 5. obs. 81. Duar. ad l. alia 14. §. fin. solut. matr. Zas. 2. sing. respons. 8. Diff. Geil. 2. de pac. publ. c. 2. n. 21. Franc. b. tract. c. 3. n. 205. Wesenb. in parat. hic n. 4.

THEISIS II.

Cum fidejussio sit accessio principalis obligationis, nec plus in accessione possit esse, quam in re principali, fidejussores ita obligari non possunt, ut plus debeant, quam debet is pro quo obligantur  
(a) non solum autem in quantitate sed etiam in tempore (b) re (c) & loco minus aut plus intelligitur (d) at ex diverso, ut minus debeant (e) quemadmodum

admodum & efficacius quam ipse principalis : puta  
sub juramento , cum principalis simpliciter obliga-  
tur (f) instrumento guarentigato , quod paratam  
executionem habet (g) & hypotheca bonorum  
(h) se obligare possunt. Planè ad id quod ex mora  
debitoris provenit , nisi in omnem causam se obli-  
garint (i) non tenebuntur (k) Fidejussores etiam  
vel pure vel sub conditione , vel ad tempus , vel ex  
tempore dari & accipi possunt (l) Et non tantum  
ipsi obligantur ; sed etiam heredes relinquunt obli-  
gatos. (m)

(a) s. fidejussores 5. Inst. b. t. l. 42. l. græce. s. illud 7. ff. d. t.  
(b) s. si quis agens. 33. Inst. de act. l. 34. l. 49. s. 2. b. t. Hering. b.  
c. 24. (c) l. 16. s. 1. l. 42. b. t. (d) d. l. 16. s. 1. ubi Gothof. b. t.  
l. 9. quod cert. loc. l. 122. pri. & ibi interpp. de V. O. (e) d. s. s. ibiq.  
Dd. Inst. b. t. l. 8. s. 7. l. 9. l. 20. s. 2. b. t. Franc. b. t. cap. 6. n. 64.  
(f) Vult. i. I. P. R. 39. Gomez. var. resol. c. 13. n. 2. (g) sic dictum  
à firmitate quia tali instrumento præcise statur , firmitas est guarentigia  
Lombardis ut notat Coler. de proces. exec. p. i. c. 3. n. 19. Wesen. in par.  
bic Gomez. d. n. 2. (h) l. 2. 17. 25. C. b. t. (i) l. quæro 54. ff. lo-  
cat. arg. l. 68. s. 1. b. l. 2. s. fin. de adm. rer. civ. Coras. 2. Miscel. 12.  
Duar. b. c. 4. Donell. ad l. 8. ff. quod cert. loc. (k) l. fin. ff. de fidejuss.  
l. centum Capua ff. quod cer. loc. cum enim fidejusso sit stricti juris,  
etiamsi bona fidei judicio accedat, consequitur in eam non venire, id de quo  
conventum non est. l. 99. ff. de V. O. (l) l. 6. s. 1. l. amisi. s. fidejussor-  
es. ff. b. t. Hering. b. trac. c. 11. n. 195. & seqq. (m) s. 2. Inst. b. t.  
l. 4. in fin. l. 5. ff. b. t. & si mentio heredum nulla facta sit l. 13. C. de contr.  
stip. Coler. d. tr. p. i. c. 10. n. 275. Roland. à Vall. cons. 58. n. 20. & seq.  
Wesenb. cons. 44.

Hinc queritur.

I.

Si pro majori summa fidejussor se obligarit , an  
teneatur tantum ad summam à principali debi-  
tam ? Aff.

A 4

Quia

Quia regulariter in majori summa inest minor l. i. s. stipulans de  
V. O. l. si unus. s. si cum decem. ff. de pact. Deinde quoties amplius pro-  
missum est, quam promitti oportuit, non tota obligatio, sed id quod super-  
fluum est tantummodo infirmatur, & obligatio in suo robore perdurat, quasi  
nullo penit9 alio adjecto, sed hoc pro non scripto, vel nō intellecto esse creditur  
l. hactenus in fin. cum l. seq. de const. pec. l. 3. s. ult. l. seq. ff. mand. l. si  
quibus idem ff. de V. O. Vasq. lib. 1. contr. c. 40. n. 5. Wes. in par. b. t. n. 5.  
Mynsing. Borch. in s. fidejussores Inst. b. t. Hering. c. 24. n. 52. & seqq.  
Diss. Marfil. in rubr. de fidejuss. n. 291. Connan. 6. com. 6. n. 8. Fachin. 8.  
cont. si. Gedd. de contrah. stip. c. 4. concl. 4. n. 65. & cap. 6. concl. 24. n. 440.

## II.

Utrum fidejussor duabus obligationibus ejus-  
dem pecuniæ nomine teneatur, ita ut si in diem acce-  
ptus, mox pure accipiatur, ex utraq; obligetur? *Aff.*  
*l. heres. 21. s. non est novum ubi Accur. b. t. Cujac. ad Afric. tract. 7. pag.*  
*364. in l. 85. pr. de V. O. Hering. hic c. 34. n. 118.*

## III.

Quid si cum fidejussor in diem, vel ex die, vel  
etiam sub conditione initio contractus esset acce-  
ptus, mox non novandi animo pure accipiatur, an  
durior ejus causa dici potest? *Neg.*

Quia idem promisit, quod principalis debebat, & sic cum hic non sit plus  
in accessione, quam in re principali fidejussio valet s. fidejussores. Inst. b. t. l.  
grace 8. s. illud commune vers. item accepto ff. b. t. Sane si debitor ab  
initio vel ex die, vel sub conditione sit acceptus, fidejussor similiter ita acce-  
ptus, pure obligari nequit d. s. illud commune vers. item accepto. Sed ex  
die vel sub conditione obligatus manet: utile enim per inutile non vitiatur  
l. i. s. sed si mihi ff. de V. O. Hering. d. c. 24. n. 121. & seqq.

## THESIS III.

Ne tamen officium eorum qui pro alijs fideju-  
bendo benefici fuerūt, ipsis damnosum sit, jura tri-  
bus potissimum modis iisdem subvenire volue-  
runt (a) Primo beneficio excussionis, quod etiam  
ordinis exceptio vocatur (b) cum enim jure veteri  
fide-

fidejussor ante principalem conveniri posset (c) ho-  
die exceptionem excutiendi prius principalem ha-  
bet (d) Secundo remedio divisionis ex epistola  
D. Hadriani, quo per exceptionem obligatio inter  
plures confidejussores, qui litis contestatae tempore  
solvendo sunt, dividitur, ut quilibet pro virili con-  
veniatur (e) Tertio Beneficio cedendarum actio-  
num, quo uni ex fidejussoribus solidum solventi a-  
ctiones à creditore contra fidejussores ceduntur (f)  
Cæterum ne debitor principalis cum alterius jactura  
locupletetur (g) fidejussor cum eo vel actione man-  
dati contraria (h) vel negotiorum gestorum (i) ad  
principale debitum & omne interesse recuperan-  
dum agere poterit (k) Extinguitur fidejussio ijsdem  
modis, quibus principalis obligatio. (l)

(a) arg. l. 7. ff. test. quemad. aper. (b) Novel. 4. c. 1. & 2. auth.  
præsente C. de fidejus. ubi Cujac. & Donell. ibidem. Hering. c. 27. n. 1. &  
seqq. (c) l. 2. ubi Donell. l. 3. 5. C. b. t. l. 3. S. f. ff. de duob. reis (d)  
d. Nov. 4. c. 1. & 2. d. auth. præsente: Iuvatur autem fidejussor hoc bene-  
ficio, tantum ope exceptionis Geil. 2. obs. 27. n. 3. Plane de idoneo & præ-  
sente debitore principali hoc beneficium intelligendum, nam si notoriè sol-  
vendo non esset, vel longinq. absens, excussionis beneficium cessat d. auth.  
præsente Geil. 2. obs. 27. n. 14. & 35. Myns. 2. obs. 15. Gomez. 2. var. re-  
sol. c. 13. n. 14. (e) S. 4. Inst. b. t. l. inter 26. ff. b. t. Donel 15. com. 45.  
Gæd. de contr. stip. c. 9. n. 107. & ut superius per exceptionem opponitur  
l. 49. S. 1. l. 26. b. t. (f) l. ut fidejussor. 39. l. 41. S 1. l. cum is qui 36.  
ff. b. t. l. 76. ff. de solut. l. cum alter. n. C. de fidejuss. (g) l. non debet.  
78. de R. I. c. nemo de R. I. in 6. (h) l. heredem 14. l. ex mandato 20.  
S. 1. & seq. l. fidejussor. 29. l. 37. ff. mand. (i) si absente & ignorante  
eo intercesserit l. 30. ff. b. t. l. 20. S. 1. mandat. l. fin. C. de neg. gest. (k)  
d. l. 20. l. 33. 53. mand. l. 47. de condic. indeb. l. 6. C. mand. Wesenb. in  
par. n. fin. b. t. (l) de quibus Deo dante in disput. ult. b. libri.

A 5

Hinc

Hinc queritur.

I.

Fidejussor si se pro alieno debito obligavit, ut  
principalis als selbst schuldener an beneficium excus-  
sionis habeat? *Affir.*

arg. l. 28. de constit. pec. junct. l. fin. C. eod. l. 7. in fin. de fidejuss.  
facit quod origo & initium contractus sic inspiciendum l. 12. ff. ad SC. Ma-  
ced. l. 1. §. idem Pomponius §. si servus. ff. de posit. l. 8. in pr. ff. mandat:  
l. si id quod §. si filius. ff. pro socio. Gloss. in Novel. 4. Molin. de usur-  
q. 7. Schneid. ad §. si plures. n. 10. Inst. b. t. Gomez. 2. var. resol. 13. n. 4.  
Dn. Cotman. consil. 22. ubi plures in hanc sententiam citat Diff. Geil. 2.  
obs. 28. n. 2. Coler. de procfs. exec. p. 1. c. 10. Borch, ad §. si quis. Inst.  
b. t. & ex parte Hering. c. 27. n. 81.

II.

Fidejussor qui se jurejurando obstrinxit an ha-  
beat beneficium excussionis? *Aff.*

Ex solo enim juramento nulla renunciatio facta argui potest arg. l. fin.  
C. de non numer. pec. l. fin. C. qui satnd. cogunt c. ex parte. 13. X. de cler.  
non resident. Covar. ad c. quamvis p. 1. §. 4. n. 4. de pactis Fachin. 3. conir.  
15. Franc. b. t. c. 5. n. 386. & seq. Diff. Coler. d. c. 10. n. 347. Geil. 2. obs. 27.  
n. 22. Hering. d. c. 27. n. 196.

III.

Fidejussor indemnitatis vulgo Schadenburg oder  
Rugburg si omnibus beneficijs renunciaverit, utrum  
beneficio excussionis adhuc gaudcat? *Aff.*

propter naturam obligationis, quia ante constare debet, quantum à prin-  
cipali consequi possit creditor, ad hoc ut indemnitatis promissio locum habeat  
l. decem ff. de V. O. l. si stipulatus. §. 1. b. t. arg. l. fin. ff. si cert. pet. Geil.  
2. obs. 27. n. 13. Vasqu. ill. quast. c. 33. n. 13. Gomez. 2. Vas. resolut. c. 13.  
n. 3. Hering. c. 27. n. 142.

IV.

De beneficio divisionis queritur, quamdiu op-  
poni possit? usq; ad sententiam verius putamus.

l. fidejussor. 10. §. fin. C. b. t. ubi Donel. n. 3. & Richard. n. 10. &  
seqq.

seqq. Gomez. 2. Var. resol. 13. n. 15. Franc. de fidejus. c. 5. n. 46. Coler.  
de process. exec. p. 4. c. 1. n. 96. Geil. 2. obser. 27. n. 5. Pac. in l. fin. n. 3. C.  
de const. pec. Hering. c. 28. n. 130. & seqq. Diff. Boer. decis. 59. n. 9.

V.

Utrum fidejussoris obligatio prorogatione termini ipso inscio à principali facta prorogata censeatur? Negamus.

Distinguendum tamen hic inter tempus prateritum & tempus futurum  
sive prorogatum, quo ad tempus prateritum initio obligationi adjectum, fidejussori nulla liberatio competit, quoad prorogatum sive futurum, fidejussoria ab obligatione per prorogationem eximitur, ut nullo modo ulterius ad præstationem ejus, quod obligationi principali ex tempore prorogato accedit adstringatur. l. si cum Hermes C. locati l. ult. ibi secuti temporis. C. in quib.  
eas. iut. vel. cur. hab. tut. dat. facit quod adjectio temporis regulariter de-  
finit dilatationem intra quam promissor cogitare debet de facienda solutione,  
non a. est modus terminanda obligationis l. obligationū s. placet de. O. & A.  
l. 12. s. si post creditam ff. mandati. Gomez. in resolut. tit. de contradicibus.  
c. 13. num. 19. Gœd. de contrah. stip. c. 12. num. 84. Fach. 2. controv. 88.  
Coler. de process. exec. p. 1. c. 10. num. 298. & seqq. Hering. c. 20. s. 12.  
num. 16. Vid. aliter dist. Mynsing. 6. observ. 53. Gail. 1. obs. 91. inf. & 2.  
obs. 30. num. fin.

THESES IV.

Olim quæ obligatio nominib. fieri dicebatur, scri-  
ptura fiebat (a) Non n. quælibet scriptura obligatio-  
nem faciebat, sed ea quæ in foro apud argentarios &  
numularios conficiebatur (b) quæ nomina hodiè nō  
sunt in usu. (c) Sed syngraphis & chirographis, vice  
nominis hodie in scriptura contrahitur, quando hoc  
agitur, ut ex scripto cōstet contractus & ex scriptura  
consistat obligatio eaq; conventio dicitur litera-  
rum obligatio, cum quis in chirographo pecuniam  
sub spe futuræ numerationis debere se scripserit, nu-  
meratione tamen non secuta. (d) Conventione fa-  
cta, post emissas literas obligatio incipit. Nasciturq;  
inde

inde condicō certi vel incerti ex literis cessante scilicet verborum obligatione. (e) Verum intra biennium ipsi exceptio non numeratæ pecuniæ opponitur (f) quod si factum non fuerit ad solvendum debitor cogi potest, etiam si pecuniā non acceperit. (g)

(a) pr. Inst. ubi interpp. de litter. oblig. Dyon. Halicarn. lib. 4. antiqu. Rom. (b) de quibus in l. 4. & seqq. ff de edend. Theoph. ad pr. Inst. b. t. (c) d. p. Inst. b. t. unde est quod in responso Caij in l. 1. § 1. & in l. obli- gamur d. O. & A. Tribon. nomen omisit. Alias enim oportuisset nomen in- ter contractuum genera referre (d) tot. b. tit. & ibi interpp. l. 1. 2. 3. l. 8. & seq. l. contractus 14. C. de non num. pec. (e) princ. Inst. b. t. v. sic fit. l. fin. C. si certum petatur Cujac. in parat. C. de suffrag. & in tit. C. de prohib. sequest. pec. certi, si Certa res ut quantitas literis sit expressa, ita ut constet quid quale & quantum debeatur. Incerti si unum ex his deficitat l. 74. & seq. de V. O. (f) olim in ira quinquenniū hodie intra biennium pr. inst. b. t. v. multū, & objicitur per modum actionis, sive per condicōnem obligationis l. 7. D. de non num. pec. seu per querimoniām l. 8. C. eod. (g) d. l. 14. C. de non num. pec. Vult. 2. I. R. c. ii.

Hinc queritur.

I.

Utrum exceptio non numeratæ pecuniæ post biennium opponi possit, si debitor onus probandi pecuniam sibi non esse numeratam, recipere paratus sit? Aff.

arg. l. 3. l. ad severatio 10. l. generaliter 13. C. de non num. pec. facit, l. 3. C. de dot. caut. non num. ubi post biennium marito ejusve heredi incum- bit probatio dotem numeratam non esse, nam quæ ad agendum sunt tempo- ralia ad excipiendum sunt perpetua l. 4. §. fin. de doli mali except. Gomez. var. res. c. 6. n. 6. & 7. Mynsing. Schn. ad pr. In. b. t. Diff. Den. 14. comm. 38. Duar. ad tit. Cod. de non num. pec. Fach. 2. cont. 81.

II.

Utrum exceptio non numeratæ pecuniæ locum habeat, ubi quis ante chirographum confessionis se pecuniam accepisse profitetur? Aff.

l. 1. l. 8. l. 14. C. de non num. pec. qui textus cum generaliter & indistincte loquantur, nec distinguant, quomodo quis confiteatur se pecuniam accepisse, ita quoq. intelligendi sunt: Fasen in l. qui pecuniam ff. si cert. petat. Gomez. 2. variarum resol. c. 6. n. 4. Fach. 2. controv. 83. Diff. gl. in d. l. 14. in verbis, alias res, C. de non n. pec.










qvod sicut, qvan  
servari debeat ;  
mana auctoritas  
ducta, ut bene n  
Magnif. Dn. Stry  
ratione veriore  
riorum dispensat  
potius, qvam re  
in Comment. ad D

Hæc sunt, qva  
tate exarare atq  
circa has forsan c  
rias melius ex

VOTA VELVT



conscientia servari potest,  
qvia ibi nihil potest hu  
atio qvoad DEUM est in  
Brunneman. a. l. §. fin. &  
ibid. ad §. 8. ubi ex eadem  
tentiam eorum, qvi supe  
ra votum, declarationem  
esse putat. Conf. Lynck.  
it. 34. §. fin.

tiarum pro ingenii tenui  
potuimus ; cetera, qvæ  
tim, & minus obvias mate  
rient, aliis relinquitur.  
andem.

PATER, EXAVDI HINC  
Vota !

